



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Examen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

multare, ac eam in proprium victum expendere, *Cov. lib. 2. c. 10. n. 9. ver. 5. var. resol.*

Trigesimoprimum, Episcopus quis non potest dici quousque consecratur, *capitolo, tua nuper, de his que sunt à prælat. Staph. n. 241. n. 8. & à die propositionis in consistorio vocatur electus, prout in pontificali.*

Trigesimosecundum, an, & quando possit Episcopus dispensare contra Concilia generalia, & sic contra canones, & pontificias sanctiones, vide in *c. tali, & c. exigunt. 1. q. 7. veluti ex magna causa, utilitate, vel necessitate, Staph. f. 80. n. 6.*

Trigesimotertium, Episcopi æquiparantur personis illustribus. ut notat. *gl. in c. 2. de off. leg. lib. 6. Gem. in c. fin. de sent. & re jud. eod. lib. imò ipsemet tex.*

EUCCHARISTIA.

AN possit dari Eucharistia condēnatis ad mortem? Respondetur, quod sic, *c. is cui, 26. q. 6. c. quod in te, de pœn. & remis. ubi habetur, quòd Eucharistia debet dari propè morituris, nisi consuetudo esset in contrarium, vel parum distaret inter sumptionem sacræ Eucharistia, & mortem, ut quia eodem die, vel post duas, vel tres horas, Nav. can. 40: de pœn. & remis: propter reverentiam specierum sacramentalium, prout dictum est superius, in var. damnati.*

EXAMEN.

PRimum, examen in criminalibus regulariter non potest committi, *cum causa, & ibi Bal. de testib: cog: tamen consuetudo hoc potest introducere, & vidi ita observari.*

Secundum, examinatus si petit tempus ad respondendum in criminalibus, & in causis propriis, non est ei concedendum, *Salic. in Auth. offeratur, nu: 6: C. de lit: contest. & Cast. ibi. nu. 5 & 11. Bal. in l. cum falsum, ff. de acquir. poss.*

Tertium, examinatus non potest cogi, ut juret, *Clar. q. 46. vers. sed quæro. & ita servatur in praxi; nam testis non juratus non probat, prout in ver. teste. §. 4.*

EXCOMMISSE.

EXcommisſe, seu sponſiones, pro electione summi Pontificis prohibentur per Pium IV. *Bull. 81. sub pœnis arbitrariis, ultra irritationem, & sic etiam audivi prohibuisse Greg. XIV.*

EXECUTOR.

PRimum, si aliquis impetraverit beneficium à Sede Apostolica, non expresso vero valore, & postea, vel conscientiam ductus, vel exectore id petente, & discoopertâ fraude, quid agendum?

Respondetur, quòd poterit impetrari